ELEMENTA
LINGVÆ
DACO-ROMANÆ
SIVE
VALACHICÆ

EMENDATA, FACILITATA, ET IN MELIOREM ORDINEM REDACTA

PER

GEORGIUM SINKAY
DE EADEM,

AA. LL. Philoſophiæ, & SS. Theologiæ Doctorem, Scholarum Nationalium Valachicarum in Magno Transylvaniæ Principatu primum, atque emeritum Directorem, nunc penes Regiam Universitatis Peſtanæ Typographiam Typi Correctorem.

BUDÆ

TYPIS REGIÆ UNIVERSITATIS PESTANÆ
1805.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Gentem, quæ una eademque Lingua, corrupta nempe Romana, ſive Latina, diverſa tamen ab Italica, Gallica, atque Hispanica, proxime autem accedente ad Vallicam, ac Italicam, utitur, placuit non mihi ſoli, ſed aliis etiam, communi nomine DACO-ROMANAM propterea appellare, quod eadem diverſas Regiones, ac Provincias incolens, diverſam quoque Nomenclaturam ab iis, aut earum partibus ſortita ſit.

Ita illi, qui Valachiam Transalpinam incolunt, inter ſeſe, & ab aliis quoque, *Munténi*, Montani audiunt; qui Moldaviam & Bucovinam, *Moldovéni*, Moldavi; qui Transylvaniam, communiter quidem, *Români*, Romani, at ſpecifice: Carpati accolæ, *Marginéni*, Marginales, montium vero Abrudbanyenſium, Torotzkoienſium,

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Bánffi-Hunyadienſium, ac interjacentium plagarum, *Mocáni*, Mokányones; qui Banatum Themesvarienſem, *Frathiuti*, Fraterculi; qui demum reſpectu antiquæ Daciæ Trans-Iſtrianas inhabitant Provincias uno nomine, *Cintiári*, Græcis Κουξο, ſive Κουξο-Βλάχοι, Claudi Valachi appellantur.

Qui omnes poſterioribus temporibus (de prioribus quippe ſæculis, quando iidem jam Pacinacæ, jam Comani, jam aliis nominibus compellati fuere, diſſerui in Dialogo, & uberius diſſeram in Annalibus Daco-Romanis) a Græcis Βλάχοι, ab aliis Europæis Vlachi, vel Valachi dicti ſunt.

Daco-Romanæ hujus Gentis (Gentem namque Transylvanis quibusdam, quam Nationem, Valachos Transylvaniam incolentes nominare præplacet, crediderim propter nimiam eorum inibi multitudinem) extenſionem opinione multorum ampliorem eſſe, iſthinc patet, nimirum quod dilata ſit per totam veterem, ſive Trajani Daciam, quam usque, dum Annales Daco-Romanos edidero, placet definire: Ponto Euxino, ſive *Mari nigro*, Flumine Tyra, nunc *Niſtro*, monte Carpato, fluminibus Tybisco, ac Iſtro, ſive Danubio.

Di-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Didita pariter ſit per novam, ſive AURELIANI Daciam, quæ partes: Mœsiæ inferioris, nunc *Bulgariæ*, Mœsiæ ſuperioris, nunc *Serviæ*, & Dardaniæ, nunc *Albaniæ*, complectitur. Quid, quod poſt unitum cum Bulgaris Blachorum Imperium dıdita eſt per totam Bulgariam, montes Hæmum, & Pindum, Moglenam Theſſaliæ provinciam, Macedoniam, Thraciam, Crimeam, Podoliam, Pocutiam, ut taceam Peſtinum, Agriam, Miskoltzinum, aliaque Hungariæ mihi Budæ ſcribenti Cis-Tybiſcana Emporia, Viennam Auſtriæ, Venetias, pluraque cum Europæ, tum Asiæ Emporia, in quibus Daco-Romani Quæſtores adeo multiplicati ſunt, ut publicas, easque ſplendidiſſimas erexerint Eccleſias.

E tanta Daco-Romanæ Gentis extenſione quis non videt, uſum Linguæ illius ſumme neceſſarium fore iis, quibus ſive quæſtum exercendi, ſive munia aliqua capeſſendi, gerendique, ſive ſolum peregrinandi, converſandive gratia ad Daco-Romanos olim accedendi fuerit animus? Næ hoc omnes, qui vel leviſſime de merito hujus quæſtionis cogitaverint, quam facillime perſpicere poterunt. Quapropter tales linguæ etiam cognitionem

ſibi

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

ſibi familiarem reddere anhelent, oportet. Sed quibus mediis?

Nos quidam Daco-Romani, qui linguam noſtram addiſcere cupientes voti ſui compotes reddere nunquam non ſtuduimus, ſtuduimus etiam media quærere, quibus tam proficuus finis quo facilius obtineri poſſit.

Enimvero ego, & Reverendiſſimus D. SAMUEL KLEIN de Szád Conſiſtorialis Epiſcopatus Fogarasienſis, & Reviſor Librorum, cujus multifaria præclara opera non pridem recenſuit Clariſſimus, & de literaria Republica quam qui optime meritus Vir D. MICHAEL TERTINA in lectu digniſſima Orodiade Cl. Viri D. LADISLAI NAGY de Peretsen, nos, inquam, anno 1780. primi edidimus Grammaticam Daco-Romanam, cujus exemplaria adeo ſunt diſtracta, ut venalia amplius reperiantur nulla. Poſt octennium, anno videlicet 1788. eandem noſtram Grammaticam recenſens, atque locupletans Cl. D. JOANNES MOLNÁR de Müllersheim linguis germanica, & valachica Viennæ typis edi curavit. Magnificus, & Cl. D. JOANNES BUDAI, alias *Deleán* Conſiliarius Fori Nobilium de Regno Galliciæ compoſuit Dictionarium Valachicum, Latinum

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

num &c. ſed ad quem perfectionis gradum deduxerit, necdum mihi conſtat. Alterum Dictionarium compoſuit prælaudatus Reverendiſſimus KLEIN, quod in quatuor linguis, h. e. Valachica, Latina, Germanica, & Hungarica brevi lucem aſpiciet.

In priori noſtra Daco-Romana Grammatica conati ſumus corruptionem Linguæ Daco-Romanæ ex Latina quoquo modo comprobare, ſimulque Eos, qui Latinam ex aſſe noverunt, Valachicam longe faciliori methodo, breviorique via edocere, cujus noſtri conatus ſcopum utrum aſſecuti ſimus, judicent alii; per Regulas quippe latinis literis ſcribendi valachice, quas in eadem Grammatica ſtatueramus, parum abfuit, quin Linguam Daco-Romanam, quoad ſcribendum, & legendum ſimilem Gallicæ reddiderimus.

A compluribus igitur ſollicitatus, ut eandem Daco-Romanam Grammaticam a me ipſo emendatam, adque faciliorem ſcribendi, ac legendi methodum redactam ſecundis typis edi curem, præmiſi in Epiſtola, quam nuperrime ad Spectabilem, & Cl. Virum, D. Equitum Magiſtrum JOANNEM de LIPSZKY dedi, typisque vulgavi *Tabellam* docentem modum ſcribendi valachi-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

chice litteris tam Cyrillianis, quam Latinis, quam Tabellam, quum venalis proſtet, facilique negotio, ac pretio comparari poſſit, iſthic non repeto, verum in emendata hac Daco-Romana Grammatica, omiſſis penitus litteris Cyrillianis, iisque ſcribendi modo, vel potius rejectis ad Grammaticam Illyrico-Valachicam, quam etiam continuare intendo, ſi Cl. DD. Cenſores Illyrici ſuum mihi hac in re auxilium non denegaverint, omiſſis, inquam, Cyrillianis Litteris, de ſolis Latinis, qualiter nempe iis uti debeamus, tractabo, ita expoſitis omnibus regulis, quæ perfectam quidem, ſuccinctam tamen Grammaticam conſtituunt, atque docent, ut, qui Latinam, quemadmodum dixi, Linguam ex aſſe noverit, iis ad amuſſim, præſertim ubi de corrumpendis latinis in valachicas voces tractavero, obſervatis, quam facillime intra breviſſimum tempus Linguam Valachicam addiſcere poſsit.

Tu benevole Lector! hunc meum laborem æqui bonique conſulito, Grammaticam Daco-Romanam in ſequentem redactam ordinem faventer amplectitor, & valeto.

E L E-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

ELEMENTORUM
LINGVÆ
DACO-ROMANÆ
SIVE
VALACHICÆ
PARS PRIMA
DE ORTHO-GRAPHIA, ET OËPIA.

CAPUT I.

De Litteris Daco-Romanis, earumque pronunciatione.

§. 1.

Daco-Romani (uti præfatus ſum) duplici utuntur Characˆtere, in Sacris nempe Cyrilliano, in Politicis, & Normativis (Scholas Normales intelligo, quas primus apud Daco-Romanos in Transylvania introduxi) Latino: de priori abunde ſatis egi in Tabella, cujus in Præfatione memini, hic de ſecundo tantum mihi agendum erit. —. Itaque

§. 2.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

§. 2.

Litteræ Latinæ apud Daco-Romanos, quorum avitæ, eædem ſunt, additis nihilominus quibusdam accentibus propter faciliorem legendi modum, quæ apud Latinos. Videlicet:

Majusculae, sive Capitales

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. X. Y. Z. J. V.

Minusculae

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. ſ. t. u. x. y. z. j. v.

§. 3.

Litteræ hæ more consveto dividuntur in Vocales, & Conſonantes. Vocales ſunt ſex: a. e. i. o. u. & y. Reliquæ ſunt Conſonantes.

§. 4.

Vocales pronunciantur:

I. e. i. o. u. & y. ut in lingua latina.

II. *á* accentu acuto notatum pariter ut *a* latinum, vel *á* hungaricum; aſt absque ullo accentu poſitum ut ѫ cyrillianum; *â* vero accentu circumflexo, item *ê* & *î* cum eodem accentu circumflexo ut ѫ valachicum, — valachicum dico, quia inter Cyrillianos Characteres in lingua sclavica non habetur. Iſtarum duarum litterarum ѣ & ѫ pronunciationem diſce e viva Magiſtri voce, quia earum ſonus a modernis Europæis mirum in modum discordat.

Nota

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Nota bene. Rdmus KLEIN, & Cl. MOLNÁR litteram ꝛ cupiunt exprimi per a͠e, num juſtum habeant, Lector dijudicet; quia in omnibus vocibus, in quibus a͠e adhibitum volunt, recedunt a radice latina.

III. *é* cum accentu acuto, vel diphthongus *ea* ut *e* absque ullo accentu apud Hungaros, vel *e* in penultima Infinitivorum tertiæ Conjugationis apud Latinos.

§. 5.

Conſonantes pronunciantur:

I. b. d. f. h. k. l. m. n. p. r. x. z. v. ut in lingua latina.

II. c. & g. more Italorum, hoc eſt, ante *e. é. ea.* & *i.* ut *cs*; *g* vero ut *ds* apud Hungaros; ante alias, ſive Vocales, ſive Conſonantes, ſive in fine vocum, ut in lingua latina, id eſt, ut *k.*

III. *Ç* caudatum ut *cz* apud Hungaros, *ʒ* apud Germanos, *z* ſimplex apud Italos.

IV. *qu* quod tantum in Pronominibus, & Adverbiis habet locum, ut *k.*

V. *S* ut in lingua latina, ſed *ſ* longum in medio, aut *ſh* initio, vel in fine, ut ſch apud Germanos, vel *s* ſolitarium apud Hungaros.

VI. *t* ut in lingua latina, ſed ante *i* (niſi præcedat illud *sh*, vel *ſ* longum) ut *tz* apud Hungaros, aut *ʒ* apud Germanos. Quapropter ſcribere volens *ti* hungaricum, aut germanicum, ſcribe *thi.*

VII. *j* denique more Gallorum, ut *zs* apud Hungaros.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

CAPUT II.

De Diphthongis, earumque pronunciatione.

§. 1.

Diphthongi in Lingua Daco-Romana ſunt duplices:

I. Propriæ, ut: *ái. ai. âi. áu. au. âu. ea. ei. éi. eu. iu. oa.* & *ui.*

II. Impropriæ, ut: *áá. aá.* & *ii.*

§. 2.

Diphthongi pronunciantur ita:

I. Propriæ, quæ terminantur *i* vel *u*, harum medium ſonum amittunt, & priorem vocalem prolongant; de *ea* dictum eſt, ubi de vocali *é* egimus; *oa* pronunciatur, ut *a* absque ullo accentu apud Hungaros.

II. Impropriæ *áá* in Imperfectis Verborum ut *a* longum latinum; *aá* in fine Nominum ut *a* breve; *ii* pariter in fine Nominum ut *i* breve itidem latinum.

CAPUT III.

De Accentibus, et Apostrophe, sive Abbreviatione.

§. 1.

Accentus, quibus utuntur Daco-Romani, ſunt tres: *Acutus* ´, *Circumflexus* ~, & *Gravis* `. Acuto utimur ſupra *á* & *é*, item *í*, quando hoc in penultima prolongari debet; Circumflexo ſupra *â*, *ê*, & *î*; Gravi ſupra *à*, *ì*, & *ù*, quando hæ tres Vocales in fine Verborum prolongari debent; ut in *mâncà*, manducavit, *áuzì*, audivit; *facù*, fecit.

Aſt

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Aſt de Prosodia Daco-Romana ſeparatim agam poſt Syntaxim.

§. 2.

Apoſtrophe in Lingua Daco-Romana dupliciter fit:

I. Cum Syllabicæ *me*, *se*, *nu* ſubſequente alia voce a vocali *á* incipiente, vocales amittunt, & cum eadem voce coalescunt, v. g. *mám dus*, loco *me ám dus*, me abduxi; *sáu mirát*, loco *se áu mirát*, ſe miratus eſt; *nám ávut*, loco *nu ám ávut*, non habui.

II. Cum poſt negativa *ne* ſubſequens, & ab *în* incipiens vox *î* amittit, & coaleſcit cum dicta negativa, v. g. *nencetát*, loco *ne încetát*, inceſſanter; *nenturnát*, loco *ne înturnát*, non reverſus.

Verum Apoſtrophe, demptis Syllabicis *me* & *se*, quæ melius apoſtrophantur, tantum elegantiæ ergo fit.

CAPUT IV.

De formandis Daco-Romanis Vocibus ex Latinis.

§. 1.

Voces Latinas ſic corrumpe, ut fiant Daco-Romanæ, ſive Valachicæ:

I. E Nominibus Masculini, vel Neutrius Generis desinentibus in *us*, *um*, *u*, & *ut*, cujuscunque Declinationis fuerint, omitte dictas terminationes, & erunt Valachica; v. g. Naſus, *nás*; Lacus, *lác*; Arcus, *árc*; Tempus, *têmp*; Lutum, *lut*; Cornu, *corn*; Caput, *cáp*.

Ex-

Excipe: Latus, lateris, *láture.* Granum, *grâu.* Genu, *genunche.* Lepus, *iepore.* Frigus, *frigure*, vel *frig.*

II. Fæminina in *us* desinentia, ſi ſint tertiæ Declinationis, pone ad Ablativum ſingularem, ut Virtus, *vîrtute;* ſi quartæ, muta *us* in *a*, ut Manus, *mâna.*

Excipe Nomina tertiæ Declinationis in *us* deſinentia, ſi forment Genitivum in *dis*, quia mutant ultimum *e* ex Ablativo ſingulari in *a*, ut Laus, *láuda.*

III. Nomina ſecundæ Declinationis deſinentia in *ius*, ſi ſint propria, mutant *us* in *e*, ut Athanasius, *Athánásie.* Gregorius, *Grigorie.* Si ſint Appellativa, amittunt *ius*, ut Socius, *soç.*

IV. E Nominibus ſecundæ Declinationis deſinentibus in *eus* omitte *s*, ut Reus, *reu.* Dominus Deus, *Dumnezeu.*

V. E Verbis omitte terminationes *o*, *eo*, *io*, *ior*, & *or*, & erunt Valachica, v. g. Laudo, *láud.* Taceo, *tác.* Colligo, *culég.* Audio, *áud.* Mentior, *mint.* Me miror, *me mir.*

Excipe a) Monoſyllaba, quia mutant *o* in *áu*, ut do *dáu*, ſto *ſtáu.*

b) Diſyllaba in *io* desinentia, quia mutant ultimum *o* in *u*, ut fio, *fiu.* Item provenientia a *flo*, ut ſufflo *ſufflu*, inflo *înflu.*

VI. Nomina primæ Declinationis relinque in Nominativo ſingulari, ſed ultimum *a* non notes ullo accentu, ut Luna, *luna.* Farina, *farina.* Sarcina, *sárcina.*

VII.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

VII. Nomina tertiæ, & quintæ Declinationis pone ad Ablativum ſingularem, & quidem in quintæ Declinationis nominibus *c* muta in *t*, in tertiæ vero Declinationis nominibus, quorum Ablativus exit in *tione*, *t* muta in *c*, ut Sanitas, *ſánitate*. Facies, *fátie*. Rogatio, *rugaciune*. Titio, *teciune*.

Excipe: Serpens, *ſérpe*. Bos, *bou*. Leo, *leu*. Vertex, *vêrv*. Culmen, *culme*. Judex, *jude*. Dies, *zi*.

VIII. Nomina tertiæ Declinationis in *r* desinentia aſſumunt Diphthongum *iu* ad Nominativum ſingularem, & prolongant penultimam, ut Ligator, *legatoriu*. Piper, *piperiu*.

Excipe: Imperator, *˜Imperát*.

IX. *a*, quod in vocibus latinis ſtat ante *mb*, *mp*, & *n* ſimplex, aſſumit accentum circumflexum, v. gr. ambæ, *âmbe*. campus, *câmp*. lana, *lâna*.

Excipe voces a Latinis non provenientes, & Subſtantivum lancea, *lánce*.

X. *cl* mutatur in *chi*, ut clarus, *chiár*, & *ct* in *pt*, ut pectus, *pept*.

XI. *di* ante *e* poſitum mutatur in *z*, ut radius, Voc. radie, *ráze*.

XII. *e* ſic corrumpitur ex vocibus latinis in valachicas, obſervatis ſemper prioribus regulis:

A. Ante terminationes *nd*, *nt*, & *n* ſimplex aſſumit accentum circumflexum, ut colligendo, *culegênd*. cooperimentum, *copereménţ*. fenum, *fèn*.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

B. Si poſt dictas terminationes in eadem voce ſequatur *e*, mutatur in *i*, ut benc, *bine*. dens, Abl. dente, *dinte*. lens, lente, *linte*. verbum, *cuvênt*, Voc. o verbum! *o cuvinte!*

C. Si vero præter dictas jam conſonantes *nd*, *nt*, & *n* ſimplex aliæ ſequantur poſt *e* conſonantes, & has illico excipiat alterum *e*, vel *á*, vel *a*, tum primum aſſumit acutum, v. g. lex, lege, *lége*. ligo, liga, *léga*. petra, *pétra*.

Excipe Nomina propria, ut *o Petre!* & Subſtantivum venenum, *venin*.

XIII. *gl* mutatur in *ghi*, ut glacies, *ghiátie*; *gn* vero in *mn*, ut pugnus, *pumn*, lignum, *lemn*.

XIV. *i* ante *mp*, & *n* ſimplex initio vocum aſſumit accentum circumflexum, ut Imperator, *Imperát*. intra, *întra*.

XV. *l* ſimplex inter duas vocales poſitum mutatur in *r*, ut Angelus, *Ânger*. Sal, Abl. ſale, *sáre*.

Excipe ſupina verborum, atque ab his derivata, ut humiliatus, *umilit*.

Syllaba vero *li* in nominibus ante vocalem poſita mutatur in *i*, ut malium, *mái*. mulier; muliere, *muiére*.

XVI. De vocali *o* ſequentia notato:

A. Si ſtet in vocibus latinis ante *mb*, *mp*, & *n* ſimplex, mutatur in vocibus valachicis in *u*, v. g. Bombacum, *bumbác*. comparo, *cumpar*. bonus, *bun*. longus, *lung*. ſono, *ſun*.

Excipe nomina propria.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

B. Posita ante alias præter jam dictas consonantes, si in subsequenti syllaba reperiatur *a* vel *e*, assumit post se unum *a*, ut mola, *moara*. porta, *poarta*. sol, sole, *soare*. sors, sorte, *soarte*.

XVII. *s* ante *i* mutatur in *ſ* longum, aut in *sh*, ut resina, *reſina*; *ſc* vero latinum, quod stat ante *e* & *i*, mutatur in *ſt*, ut crescere, *créſtere*. scio, *ſtiu*. scientia, *ſtiintia*.

XVIII. *v* inter duas vocales positum mutatur in *u*, ut vivus, *viu*; post consonantem positum mutatur in *b*, ut pulvis, pulvere, *pulbere*. vervex, vervece, *berbéce*.

XIX. Voces latinas, quæ incipiunt a *de*, *le*, *ſe*, & *te*, ita consideres velim, ac si inciperent a *die*, *lie*, *ſie*, & *tie*, quo facto, eas lege, & scribe juxta regulas scribendi, & corrumpendi jam datas, v. g. Deus scribe *Dieus*, ex quo juxta corrumpendi Regulam IV. omitte *s*, juxta XI. *Di* verte in *Z*, & erit *Zeu*. Lepus, lepore, *liepore*, juxta XV. *iepore*. Sedeo, *ſiedeo*, juxta V. & XVII. *ſed*. Teneo, *tieneo*, juxta V. & XII. *tîen*.

XX. Reliquos linguam latinam in valachicam corrumpendi modos, præsertim verborum corruptionem, indigitabo per decursum operis, ubicunque occasio semet præbuerit.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

PARS II.

DE ETYMOLOGIA.

CAPUT I.

De Articulo.

§. 1.

Quum in Lingua Daco-Romana Nomina per ſolos Numeros, non autem etiam per Caſus declinentur, Articuli, quibus præter Genera Caſus quoque indicantur, perpetuo adhibeantur, neceſſe eſt.

Eſt autem Articulus in Daco-Romana Lingua duplex: unus definitus, qui rem determinat, indefinitus alter, qui rem nequaquam determinat.

§. 2.

Articulus indefinitus eſt *un*, quidam, Maſculini, & *o*, quædam, Fæminini Generis, (Neutro enim Daco-Romani prorſus carentes, loco illius utuntur Fæminino, ut ſuo loco dicetur) declinaturque hoc modo:

ARTICULI INDEFINITI DECLINATIO.

Singulariter.

	Maſc.	*Faem.*
N.	Un, *Quidam.*	O, *Quaedam.*
G.	Á-unui.	Á-unei.
D.	Unui.	Unei.
A.	Pre-un.	Pre-o.
V.	*caret.*	*caret.*
Abl.	Delá-un.	Delá-o.

Plu-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Pluraliter.

N. Uni, *Quidam.*	Une, *Quaedam.*
G. Á - unor.	Á - unor.
D. Unor.	Unor.
A. Pre - uni.	Pre - une.
V. *caret.*	*caret.*
Abl. Delá - uni.	Delá - une.

Nota I. Articulus indefinitus, quando adhibetur absque Nomine, indiget Articulo definito tam in Singulari, quam in Plurali; quando vero cum Nomine eſt conjunctus, Articulo definito non indiget, poteſt tamen in Plurali hunc quoque ſibi adſciſcere; v. g. *Au murit un om*, mortuus eſt quidam homo. Sine Nomine dicendum: *Au murit un-ul*, mortuus eſt quidam. In Plurali dicitur: *Au murit uni oameni*, vel melius: *Au murit uni-i oameni*, mortui ſunt quidam homines.

II. Articulus indefinitus fæmininus, quando definitum ſibi adſciſcit, in Nominativo ſingulari non amplius ſcribitur *o*, ſed *una*, cui addito Articulo definito *á*, fit *una-á*, v. g. *Au murit o muiére*, mortua eſt quædam mulier. Sine Nomine, & cum Articulo definito dicendum: *Au murit una-á*, mortua eſt quædam.

III. Poſſunt loco Articuli indefiniti Numeri pluralis tam masculini, quam fæminini adhiberi Pronomina *niſte*, vel *nisquári*, *nisquáre*, quidam, quædam; v. g. loco *uni-i oameni*, *unele muieri plâng*, quidam homines, quædam mulieres plangunt. *Niſte oameni*, *niſte muieri*, vel *nisquári oameni*, *nisquáre muieri plâng*.

§. 3.

Articulus definitus eſt:

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

A. Masculini generis *l*, vel *le*, vel *ul*, æquivalens germanico der, italico *il*, hungarico *a'* vel *az*; poſtponiturque Nominibus maſculini generis hoc modo:

1) *L* deſinentibus in *a*, vel *u*, v. g. *Táta-l*, der Vater, il Padre, az Atya. *Leu-l*, der Löwe, il Leone, az Oroſzlány. *Rêu-l*, der Bach, il Rivo, a' Patak.

2) *Le* deſinentibus in *e*, v. g. *Câne-le*, der Hund, il Cane, a' Kutya.

3) *Ul* deſinentibus in conſonantem, ſit ea ſimplex, aut duplex, v. g. *Om-ul*, der Menſch, l'Uomo, az Ember. *Domn-ul*, der Herr, il Signore, az Úr.

B. Fæminini generis *á*, vel *a*, vel *oa*, æquivalens germanico die, italico *la*, hungarico *a'* vel *az*, poſtponiturque Nominibus fæminini generis hoc modo:

1) *á* deſinentibus in *a*, v. g. *Másа-á*, der Tiſch, la Tavola, az Aſztal.

2) *a* deſinentibus in *e*, v. g. *Floare-a*, die Blume, il Fiore, a' Virág.

3) *oa* deſinentibus in *ea*, v. g. *Irundinea-oa*, die Schwalbe, la Irundine, a' Fetske.

DECLINATIO ARTICULI DEFINITI.

Singulariter.

	Maſc.	*Faem.*
N.	L, Le, ul.	Á, A, Oa.
G.	Á-lui, Á-lui, Á-ului.	Á-ei, Á-i, Á-lei.
D.	Lui, Lui, Ului.	Ei, I, Lei.
A.	Pre-l, Pre-le, Pre-ul.	Pre-á, Pre-a, Pre-oa.
V.	*caret*, *caret*, Ule.	*caret*, *caret*, *caret*.
Abl.	Delá-l, Delá-le, Delá-ul.	Delá-á, Delá-a, Delá-oa.

Plu-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Pluraliter.

N.	I, I, I.	Le, Le, Le.
G.	A-lor, Á-lor, A-lor.	Á-lor, Á-lor, Á-lor.
D.	Lor, Lor, Lor.	Lor, Lor, Lor.
A.	Pre-i, Pre-i, Pre-i.	Pre-le, Pre-le, Pre-le.
V.	Lor! Lor! Lor!	Lor! Lor! Lor!
Abl.	Delá-i, Delá-i, Delá-i.	Delá-le, Delá-le, Delá-le.

CAPUT II.

De Nomine.

§. 1.

Monui initio Capitis præcedentis, quod Nomina Daco-Romana per Caſus invariata maneant, & tantum Articuli declinentur. Nunc, quæ dixi, exemplis confirmem, neceſſe eſt. Itaque ſit

§. 2.

De Declinatione Nominum, vel potius Articulorum cum Nominibus

A. Masculini generis, & quidem

1) Articuli *l*, ut:

Singulariter.		*Pluraliter.*	
N.	Táta-l, *Pater*, ſive *Tata.*	N.	Táti-i, *Patres*, ſive *Tatae.*
G.	Á-táta-lui.	G.	Á-táti-lor.
D.	Táta-lui.	D.	Táti-lor.
A.	Pre-táta-l.	A.	Pre-táti-i,
V.	o Táta!	V.	o Táti! *vel* Táti-lor!
Abl.	Delá-táta-l.	Abl.	Delá-táti-i.

2) Arti-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

2) Articuli *le*, ut:

Singulariter.	*Pluraliter.*
N. Câne-le, *Canis.*	N. Câni-i, *Canes.*
G. Á-câne-lui.	G. Á-câni-lor.
D. Câne-lui.	D. Câni-lor.
A. Pre-câne-le.	A. Pre-câni-i.
V. o Câne!	V. o Câni! *vel* Câni-lor!
Abl. Delá-câne-le.	Abl. Delá-câni-i.

3) Articuli *ul*, ut:

Singulariter.	*Pluraliter.*
N. Domn-ul, *Dominus.*	N. Domni-i, *Domini.*
G. Á-domn-ului.	G. Á-domni-lor.
D. Domn-ului.	D. Domni-lor.
A. Pre-domn-ul.	A. Pre-domni-i.
V. o Doamne! *vel* Domn-ule!	V. o Domni! *vel* Domni-lor!
Abl. Delá-domn-ul.	Abl. Delá-domni-i.

B. Fæminini generis, & quidem

1) Articuli *á*, ut:

Singulariter.	*Pluraliter.*
N. Máma-á, *Mater.*	N. Máme-le, *Matres.*
G. Á-mám-ei.	G. Á-máme-lor.
D. Mám-ei.	D. Máme-lor.
A. Pre-máma-á.	A. Pre-máme-le.
V. o Máma!	V. o Máme! *v.* Máme-lor!
Abl. Delá-máma-á.	Abl. Delá-máme-le.

2) Arti-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

2) Articuli *a*, ut:

Singulariter.	*Pluraliter.*
N. Floare-a, *Flos.*	N. Flori-le, *Flores.*
G. Á-floare-i.	G. Á-flori-lor.
D. Floare-i.	D. Flori-lor.
A. Pre-floare-a.	A. Pre-flori-le.
V. o Floare!	V. o Flori! *v.* Flori-lor!
Abl. Delá-floare-a.	Abl. Delá-flori-le.

3) Articuli *oa*, ut:

Singulariter.	*Pluraliter.*
N. Turturea-oa, *Turtur*	N. Turtureale-le.
G. Á-turturea-lei.	G. Á-turtureale-lor.
D. Turturea-lei.	D. Turtureale-lor.
A. Pre-turturea-oa.	A. Pre-turtureale-le.
V. o Turturea!	V. o Turtureale! *vel* Turtureale-lor!
Abl. Delá-turturea-oa.	Abl. Delá-turtureale-le.

Nota I. Particulas *Á*, *Pre*, & *Delá* in Genitivis, Accuſativis, & Ablativis ſemper præponi, Articuli vero ultimas partes poſtponi Nomini, quod declinatur.

II. Nomina fæminina, quæ deſinunt in *a*, & acceptant Articulum *á*, illo *a* poſſe carere in Nominativo, Accuſativo, & Ablativo ſingularibus, prouti carent in Genitivis, & Dativis; quia alioquin *a* ante *á* poſitum, juxta Part. I. Cap. II. §. 2. II. *aá* tantum ut *a* breve latinum pronunciatur.

III. Dativus ſingularis *lui* Nominibus propriis, & voci *Zeu*, aut *Dumnezeu* ſemper præponitur, ut: *Lui Antonie*, Antonio. *Lui Dumne-*

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Dumnezeu, Domino Deo. Dativus vero fæminínus *ei* vel *i* poteſt & præponi, & poſtponi, ut: *i Andáſtásie*, vel *Andáſtásiei; ei Anna*, vel *Annei;* melius tamen poſtponitur.

IV. Quando ſunt duo Nomina Subſtantiva, quorum unum in Genitivo eſſe debet, ſi Subſtantivum, quod eſt in Genitivo, poſtponatur, tunc *á* Genitivi omittitur, ut *Cálul Domnului*, Equus Domini; non *Cálul á Domnului.*

V. Quodſi Nomen, quod eſt in Genitivo, præponatur, Subſtantivum, quod ſequitur, amittit Articulum, & prima Genitivi particula *á* in masculino genere Nominis ſubſequentis aſſumit unum *l*, in fæminino nihil, ut *Al Domnului cál*, Domini equus. *A Domnului váca*, Domini vacca.

CAPUT III.

De Declinatione Subſtantivi cum Adjectivo.

§. 1.

Adjectiva, & Pronomina vices Adjectivorum gerentía apud Daco-Romanos poſſunt præponi, aut poſtponi Subſtantivis.

§. 2.

Si Adjectivum cum Subſtantivo *maſculini generis* ſimul ſit declinandum, quod ex eis præponitur, declinatur; quod autem poſtponitur, per Caſus invariatum manet, ut:

Singu-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Bun-ul om. *Bonus homo.*	N. Om-ul bun, *Homo bonus.*
G. Á-bun-ului om.	G. Á-om-ului bun.
D. Bun-ului om.	D. Om-ului bun.
A. Pre-bun-ul om.	A. Pre-om-ul bun.
V. o Bune, *vel* bun-ule oame! *vel* o bune, *v.* bun-ule om-ule!	V. o oame, *vel* om-ule bune! *vel* o oame, *v.* om-ule bun-ule!
Abl. Delá-bun-ul om.	Abl. Delá-om-ul bun.

Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Buni-i oameni.	N. Oameni-i buni.
G. Á-buni-lor oameni.	G. Á-oameni-lor buni.
D. Buni-lor oameni.	D. Oameni-lor buni.
A. Pre-buni-i oameni.	A. Pre-oameni-i buni.
V. o Buni oameni! *vel* o Buni-lor oameni! *v.* o Buni-lor oameni-lor!	V. o oameni buni! *vel* o oameni-lor buni! *v.* o oameni-lor buni-lor!
Abl. Delá-buni-i oameni.	Abl. Delá-oameni-i buni.

§. 3.

Adjectivum, & Subſtantivum fæminini generis ſi ſimul declinanda ſint, quod ex eis præponitur, declinatur; quod vero poſtponitur, per Caſus quidem invariatum manet, in Genitivo tamen, & Dativo ſingularibus *a* mutat in *e*, ut:

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Frumoasa-á Doamna. *Formoſa Domina.*	N. Doamna-á frumoasa. *Domina formoſa.*
G. Á-frumoas-ei Doamne	G. Á-doamn-ei frumoase
D. Fru-	

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

D. Frumoas-ei Doamne.	D. Doamn-ei frumoase.
A. Pre-frumoasa-á Doamna.	A. Pre-doamna-á frumoasa.
V. o frumoasa Doamna!	V. o Doamna frumoasa!
Abl. Delá-frumoasa-á Doamna.	Abl. Delá-Doamna-á frumoasa.

Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Frumoase-le Doamne.	N. Doamne-le frumoase.
G. Á-frumoase-lor Doamne.	G. Á-doamne-lor frumoase.
D. Frumoase-lor Doamne.	D. Doamne-lor frumoase.
A. Pre-frumoase-le Doamne.	A. Pre-doamne-le frumoase.
V. o frumoase Doamne! *vel* o frumoase-lor Doamne-lor!	V. o Doamne frumoase! *vel* o Doamne-lor frumoase-lor!
Abl. Delá-frumoase-le Doamne.	Abl. Delá-doamne-le frumoase.

§. 4.

Subſtantiva ſi præcedant Pronomina demonſtrativa, quæ ſimul declinanda ſunt, ambo declinantur; ſed Adjectivum, quod per Pronomen demonſtratur, per Caſus invariatum manet, præter Adjectiva fæminini generis, quæ in Genitivis; & Dativis ſingularibus mutant ultimas Nominativi ſingularis Vocales *a* in *e*, & *e* in *i*, ut:

Singu-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Frate-le cel dulce. *Frater ille germanus*	N. Sora-á cea dulce. *Soror illa germaná*
G. Á-fráte-lui cel-ui dulce.	G. Á-ſor-ei ce-ei dulci.
D. Fráte-lui cel-ui dulce.	D. Sor-ei ce-ei dulci.
A. Pre-fráte-le cel dulce.	A. Pre-ſora-á cea dulce.
V. *caret.*	V. *caret.*
Abl. Delá-fráte-le cel dulce.	Abl. Delá-ſora-á cea dulce.

Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Fráti-i ce-i dulci.	N. Sorori-le cé-le dulci.
G. Á-fráti-lor ce-lor dulci.	G. Á-ſorori-lor ce-lor dulci.
D. Fráti-lor ce-lor dulci.	D. Sorori-lor ce-lor dulci.
A. Pre-fráti-i ce-i dulci.	A. Pre-ſorori-le cé-le dulci.
V. *carent.*	V. *carent.*
Abl. Delá-fráti-i ce-i dulci.	Abl. Delá-ſorori-le cé-le dulci.

§. 5.

Quodſi Pronomen demonſtrativum præcedat Subſtantivum, tunc Subſtantivum per Caſus manet invariatum, præter Subſtantiva fæminini generis, quæ in Genitivis, & Dativis ſingularibus mutant (quemadmodum dictum jam eſt) *a* in *e*, & *e* in *i*, ut:

Singu-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Cel cucérnic prunc. *Ille pius puer.*	N. Cea cucérnica prunca. *Illa pia puella.*
G. Á-cel-uï cucérnic prunc.	G. Á-ce-ei cucérnicc prunce.
D. Cel-ui cucérnic prunc.	D. Ce-ei cucérnice prunce.
A. Pre-cel cucernic prunc.	A. Pre-cea cucernica prunca.
V. *caret.*	V. *caret.*
Abl. Delá-cel cucérnic prunc.	Abl. Delá-cea cucernica prunca.
Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Ce-i cucernici prunci.	N. Cé-le cucérnice prunce.
G. Á-cè-lor cucernici prunci.	G. Á-ce-lor cucérnice prunce.
D. Ce-lor cucérnici prunci.	D. Ce-lor cucernice prunce.
A. Pre-ce-i cucérnici prunci.	A. Pre-cé-le cucérnice prunce.
V. *carent.*	V. *carent.*
Abl. Delá-ce-i cucérnici prunci.	Abl. Delá-cé-le cucérnice prunce.

§. 6.

Adjectivum *Tot*, *Toata*, omnis, diversum a reliquis Adjectivis inflectendi modum habet, eum in priori nostra Daco-Romana Grammatica tradere volens, summo erravi opere, quem errorem Cl. P. Klein non animadvertit; Cl. D. Molnár autem ita reliquit. Nunc igitur errorem sic emendato:

Tot si præponatur Substantivo in Singulari manet indeclinabile; in Plurali vero, & in Fæ-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Fæminino Genere *Toata* declinatur more Adjectivorum absque Articulo definito declinabilium, ut:

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Tot Bou-l, *omnis Bos.*	N. Toata Vácá, *omnis Vacca.*
G. Á-tot Bou-lui.	G. Á-toatei Vácei.
D. Tot Bou-lui.	D. Toatei Vácci.
A. Pre-tot Bou-l.	A. Pre-toata Váca.
V. *caret.*	V. *caret.*
Abl. Delá-tot Bou-l.	Abl. Delá-toata Vácá.
Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Toti Boi-i.	N. Toate Váci-le.
G. Á-tuturor Boi-lor.	G. Á-tuturor Váci-lor.
D. Tuturor Boi-lor.	D. Tuturor Váci-lor.
A. Pre-toti Boi-i.	A. Pre-toate Váci-le.
V. *carent.*	V. *carent.*
Abl. Delá-toti Boi-i.	Abl. Delá-toate Váci-le.

§. 7.

Adjectivum *Tot*, si postponatur, in Singulari manet invariabile, in Plurali vero, & *Toata* in ambobus Numeris declinatur more Adjectivorum, ut:

Singulariter.	*Singulariter.*
N. Barbát-ul tot, *Vir omnis.*	N. Muiére-a toata, *Faemina omnis.*
G. Á-barbát-ului tot.	G. Á-muierei toate.
D. Barbát-ului tot.	D. Muierei toate.
A. Pre-barbát-ul tot.	A. Pre-muére-a toata.
V. *caret.*	V. *caret.*
Abl. Delá-barbát-ul tot.	Ab. Delá-muiére-a toata

Plura-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Pluraliter.	*Pluraliter.*
N. Barbáti-i toti.	N. Muieri-le toate.
G. Á-barbáti-lor tuturor	G. Á-muieri-lor tuturor.
D. Barbáti-lor tuturor.	D. Muieri-lor tuturor.
A. Pre-barbáti-i toti.	A. Pre-muieri-le toate.
V. *carent.*	V. *carent.*
Abl. Delá - barbáti - i toti.	Abl. Delá - muieri - le toate.

CAPUT IV.

De Generibus Nominum.

§. 1.

Genera, uti jam dictum eſt, duo ſolummodo ſunt in Lingua Daco-Romana, nempe Masculinum, & Fæmininum; Neutro prorſus deſtituimur, ob eamque rem ipſam, quando aliquid neutraliter efferendum habemus, utimur Fæmínino, v. g. *Intru toate unaá e dease socothi*, inter omnia unum eſt conſiderandum. *Aceastá nu e cu pothintia*, hoc non eſt poſſibile. *Nu împrumatà réle pentru bune*, ne retribuas mala pro bonis.

§. 2.

De Generibus Nominum hæ tibi ſunto Regulæ:

I. Nomina Subſtantiva desinentia in *a*, ſunt generis fæminini, ut: *Fiia*, Filia. *Cocoana*, Domicella. *Cacula* Cucula.
Excipe Nomina propria Virorum, ut: *Luca*, Lucas. Officium item, vel ſexum virilem ſignificantia, ut: *Pápa*, Papa. *Táta*, Tata ſive Pater.

II. Sub-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

II. Subſtantiva in *e* desinentia, quæ ſexum masculinum ſignificant, aut a nominibus latinis masculini generis proveniunt, ſunt generis masculini, ut: *Ariéte*, aries. *Pariéte*, paries. *Foa'e*, follis.

Excipe: *Sáre*, ſal. *Pásere*, paſſer. *Unghie*, unguis. *Pâne*, panis.

III. Subſtantiva desinentia in *e*, quæ ſignificant ſexum fæmininum, vel proveniunt a nomnibus latinis fæminini, aut neutrius generis, ſunt generis fæminini, ut: *Oae*, ovis. *Lége*, lex. *Miére*, mel. *Fiére*, fel.

Excipe: *Genunche*, genu.

IV. Adjectiva desinentia in *e* ſunt generis tam masculini, quam fæminini, ut: *Máre*, magnus, magna. *Táre*, fortis.

V. Nomina desinentia in Conſonantes ſunt generis masculini, ut: *Ferr*, ferrum. *Ulm*, ulmus.

Excipe nomina propria Fæminarum, ut: *Elisávet*, Elisabetha.

VI. Nomina desinentia in *u* ſunt generis masculini, v. g. *Reu*, reus, aut malus. *Rîu*, rivus.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

CAPUT V.

De Formatione Nominativi Pluralis a Singulari.

§. 1.

Dictum fuit *Capite I. hujus Partis*, quod Nomina Daco-Romana per Casus invariata maneant, per Numeros autem mutentur; nunc qui debeat Nominativus Pluralis a Nominativo Singulari formari, edocebo.

§. 2.

De Formatione Numeri Pluralis Adjectivorum.

Regula I. Adjectiva masculini generis desinentia in Consonantes formant Nominativum pluralem assumendo ad singularem *i*, ut: *Bun*, bonus; *buni*, boni. *Lárg*, largus; *lárgi*, largi. *Lát*, latus; *láti*, lati.

II. Desinentia in *u*, mutant ultimum *u* in *i*, v. g. *Reu*, reus, aut malus; *rei*, mali.

III. Adjectiva communis generis mutant *e* Nominativi Singularis in Nominativo Plurali in *i*, v. g. *Táre*, fortis; *tári*, fortes. *Dulce*, dulcis; *dulci*, dulces.

IV. Adjectiva fæminini generis desinentia in *a* formant Pluralem mutando *a* in *e*, v. g. *Groasa*, crassa; *groase*, crassæ. *Minunáta*, mirabilis; *minunáte*, mirabiles.

Excipe desinentia in *ga*, & *ea*; illa enim mutant *a* in *i*, & hæc *a* in *le*, v. g. *Lárga*, larga; *lárgi*, largæ. *Rea*, rea aut mala; *réle*, reæ sive malæ.

§. 3.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

§. 3.

Hæc de Adjectivis dicta ſunt; nam alia eſt ratio Subſtantivorum, quorum Pluralem partim ex Significatione, partim ex Terminatione, & partim ex usu addiſces.

§. 4.

De Formatione Numeri Pluralis Subſtantivorum.

Regula I. Subſtantiva masculini generis ſignificantia res animatas, arbores, officia, & dignitates virorum, formant Pluralem in *i*, v. g. *Domn*, Dominus; *Domni*, Domini. *Urs*, urſus; *urſi*, ursi. *Lup*, lupus; *lupi*, lupi. *Fág*, fagus; *fági*, fagi. *Frásin*, fraxinus; *frásini*, fraxini. *Consiliáriu*, Consiliarius; *Consiliári*, Consiliarii. *˜Imperát*, Imperator; *˜Imperáti*, Imperatores, &c.

II. Subſtantiva masculini generis, ſignificantia veſtitum, aut ornatum virilem, formant Pluralem in *e;* v. g. *Capenég*, pallium; *capenége*, pallia. *Cumanác*, pileus; *cumanáce*. *Toiág*, baculus; *toiáge*. *Brân*, vel *brâu*, cingulus; *brâne*, &c.

III. Subſtantiva, quæ fructus ſignificant, cujuscunque generis fuerint, formant Pluralem in *e;* v. g. *Grân*, vel *grâu*, triticum; *grâne*. *Cucuruz*, turcicum; *cucuruze*. *Mar*, malum, ſeu pomum; *mére*. *Péra*, pirum; *pére*. *Ciréſa*, cerasum; *ciréſe*, &c.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

IV. Subſtantiva fæminini generis, desinentia in *a*, ſi ſignificent rem animatam, ornatum muliebrem, aut inſtrumenta domeſtica, formant Pluralem mutando *a* in *e*, v. g. *Doamna*, Domina; *Doamne*. *Iápa*, equa; *iápe*. *Cisma*, cothurnus; *cisme*. *Ceaptia*, vitta; *ceaptíe*. *Oală*, olla; *oale*. *Oglinda*, ſpeculum; *oglinde*. *Ápa*, aqua; *ápe*.

Reliqua autem Subſtantiva in *a* deſinentia, & vox *váca*, vacca, formant Pluralem mutando *a* in *i*, v. g. *Váci*, vaccæ. *Limba*, lingua; *limbi*. *Caméſa*, indusium; *cameſi* &c.

V. Desinentia in *ea* formant Pluralem aſſumendo *le*, v. g. *Turturea*, turtur; *turtureale*. *Irundinea*, hirundo; *irundineale*.

VI. Subſtantiva desinentia in *b*, Pluralem formant aſſumendo *uri*, v. g. *Plumb*, plumbum; *plumburi*.

Excipe Subſtantiva pertinentia ad primam Regulam, v. g. *Porumb*, palumbus; *porumbi*, &c.

VII. Desinentia in *c* partim *uri*, & partim *i* aſſumunt in Plurali, v. g. *Lác*, lacus; *lácuri*. *Sác*, ſaccus; *sáci*, &c. quæ diſces ex usu.

VIII. Desinentia in *d*, ſi a Latinis proveniant, aſſumunt *uri*, v. g. *Iád*, hiatus, ſive infernus; *iáduri*. *Nod*, nodus; *noduri* &c.

Secus aſſumunt & *uri*, & *e*, v. g. *Blid*, patena; *bliduri*, vel *blide* &c.

IX. Sub-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

IX. Subſtantiva desinentia in *e*, mutant *e* in *i*, v. g. *Frunte*, frons; *frunti*. *Dinte*, dens; *dinti*.

X. Desinentia in *g*, *l*, & *m* aſſumunt in Nominativo Plurali *uri*, v. g. *Jug*, jugum; *juguri*. *Ol*, olla magna; *oluri*. *Fum*, fumus; *fumuri*.

XI. Desinentia in *án*, vel *ean* aſſumunt *i*, v. g. *Bán*, denarius; *báni*. *Sthán*, ſaxum; *sthání*. *Seteán*, pagenſis, *seteani*.

XII. Desinentia in *emn* aſſumunt *e*, v. g. *Lemn*, lignum; *lémne*. *Semn*, ſignum; *sémne*.

XIII. Desinentia in *omn*, *in*, & *ên*, aſſumunt *uri*, v. g. *Somn*, ſomnus; *somnuri*. *Vin*, vinum; *vinuri*. *Fên*, fænum; *fênuri*.

Sed *Somn*, dum piſcem ſignificat, habet Pluralem *Somni*; az-az: Hartsa.

XIV. Desinentia in *âmp*, *êmp*, & *ând*, aſſumunt *uri*, v. g. *Câmp*, campus; *câmpuri*. *Têmp*, tempus; *têmpuri*. *Gând*, cogitatio; *gânduri*.

XV. Desinentia in *p* aſſumunt *i*, v. g. *Çáp*, caper; *çápi*. *Náp*, napus; *nápi*. *Snop*, manipulus; *snopi*.

Excipe: *Cáp*, caput; quia Pluralem format *cápete*.

XVI. Desinentia in *ár*, *er*, & *or* aſſumunt *e*, v. g. *Cár*, carrus; *cáre*. *Umer*, humerus; *umere*. *Topor*, parva ſecuris; *topoare*.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

XVII. Desinentia in *ur* assumunt *i*, v. g. *Fágur*, favus; *fáguri*. *Strugur*, botrus; *struguri*. Ast quæ desinunt in *ir* assumunt *e*, v. g. *Fir*, filum; *fire*.

XVIII. Desinentia in *s* assumunt *e*, v. g. *Os*, os, ossis; *oase*. *Vás*, vas, vasis; *váse*. Sed desinentia in *sh* assumunt *i*, ut: *Cásh*, caseus; *cáși*. *Armásh*, miles; *Armáși*.

XIX. Desinentia in *t* assumunt partim *e*, ut: *Sát*, pagus; *sáte*, partim *uri*, ut: *Pát*, lectus; *páturi*. *Vênát*, venatus; *vênáturi*.

XX. Desinentia in *riu* amittunt *u*, ut: *Facatoriu*, factor; *facatori*. *Ascultatoriu*, auscultator; *áscultatori*.

XXI. Desinentia in *v* assumunt *uri*, ut: *Vêrv*, vertex; *vêrvuri*.

XXII. Desinentia in *u* assumunt *ri*, ut: *Rîu*, rivus; *rîuri*.

Excipe *Parau*, rivulus, qui nonnunquam exsiccatur, quia format *Parâe*.

Reliqua, quæ de formatione Nominativi Pluralis a Singulari isthic determinata non sunt, disces usu Magistro.

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

CAPUT VI.

De formatione Nominum faemininorum a masculinis.

§. 1.

Nomina fæminina a masculinis formandi Regulas ſequentes obſervato:

I. Adjectiva, quæ in genere masculino in Conſonantes desinunt, in fæminino aſſumunt *a*, v. g. *Lung*, longus; *lunga*, longa. *Prins*, prenſus; *prinsa*, prenſa. *Legát*, ligatus; *legáta*, ligata &c.

II. Epicena nomina Hominum desinentia in Conſonantes fiunt fæminini generis aſſumendo pariter *a*, v. g. *Domn*, dominus; *doamna*, domina. *Nepot*, nepos; *nepoata*, neptis. *Socr*, ſocer; *ſoacra*, ſocrus. *Román*, Valachus; *Romána*, Valacha. *Cumnát*, cognatus; *cumnáta*, cognata &c.

Excipe *Táta*, Pater. *Máma*, Mater. *Fráte*, Frater. *Sora*, Soror. *Unchiu*, Patruelis. *Matuſa*, Amita; quia non desinunt in Conſonantes.

III. Nomina Gentilia formant fœmininum aſſumendo *oae*, vel *oaica*, v. g. *Ungur*, Hungarus; *Unguroae*, vel *Unguroaica*, Hungara. *Némç*, Germanus; *Nemçoae*, vel *Nemçoaica*, Germana. *Turc*, Turca; *Turcoae*, vel *Turcoaica*. *Tatár*, *Tataroae*, vel *Tataroaica*. *Sirb*, *Sirboae*, vel *Sirboaica*, &c.

Ve-

BDD-B602 © 1780; 1805; 1980 Kurzböck; Typis Regiae Universitatis Pestanae; Dacia
Provided by Diacronia.ro for IP 216.73.216.143 (2026-11-19 01:33:06 UTC)

Verum *Rus*, *Talián*, *Moldovean* formant Fæmininum assumendo *ca*, v. g. *Rusca*, *Tallánca*, *Moldoveanca*, & *Românca* etiam dicitur.

IV. Appellativa supremarum Dignitatum tam secularium, quam ecclesiasticarum, fiunt fæminini generis assumendo Syllabas *easa*, v. g. ~*Imperát*, Imperator, ~*Imperateasa*. *Crái*, Rex, *Craieasa*. *Princ*, Princeps, *Princeasa*. *Palathin*, Palatinus, *Palathineasa*. *Vladic*, Archiepiscopus, *Vladiceasa*, *Preot*, Sacerdos, *Preoteasa*.

